



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

In Bauariam excurrit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

tians, qui cum omni mansuetudine, atq; humanitate instituendæ iuuentuti operam darent, eademque clementia, & pietate commoditatibus omnium inferuirent; sed etiam dum colonos ab Ignatio postulat, Vellem, inquit, vt omnes, qui venturi sunt ad hoc Collegium fundandum, accederent optimè armati sancta patientia, & maximo ardentibus zelo non ad disputandum, sed ad tolerandum; & ædificandam hanc Prouinciam magis factis, quàm dictis, vt, cum seminauerint in lacrymis in exultatione metant, & reportent manipulos suos.

Quales cuperet Socios Collegio Pragensi.

Æstate exacta Pragæ, adultoq; iam autumno migrandum in Bauariam fuit. Ab Socero Ferdinando, qui ad Comitia Augustam concesserat, Dux Albertus, quod per literas non expugnarat, coram præsens elicuerat, vt Canisij tantisper copiam faceret, dum de Collegio Ingolstadij statuendo transigeretur. Pragensis nobilitas, credi vix potest, quanto cum dolore hominem ab se se dimiserit. Dederunt ad Ducem Albertum literas, quibus enixe rogabant, vt eum primo quoque tempore sibi restitueret. Vt Monachium venit, tres Albertus Consiliariorum è primis cum eo In-

In Bauariam excurrit.

O gol-

golstadium ire iussit: atq; in re præsentis delibe-
 re, atque conficere de Collegiis duobus, altero ue-
 cietatis, altero pauperum quindecim, qui The-
 logicis disciplinis perficerentur continuo ex-
 dis: quam ad rem iam olim Guilielmus à summo
 Pontifice quasdam decimas exorarat. Ingolsta-
 librum reperit editum ab Hæretico, in quo
 tanquam Princeps, ac Pater Sectæ Hypocritarum
 describatur, & ridebatur. Risit & ille, seu potius
 defleuit cœcitatem Scriptoris, & impudentiam
 Dum autem res Collegij paulo extrahitur lo-
 gius, more suo cessare nescius, de superiore lo-
 agere cum populo cœpit: dumq; & Consiliari-
 rum votis, & concionis frequentia obsequi-
 bis in die dicendi laborem integrabat. Instituit
 ad luenum manipulum, qui sacerdotium en-
 ditabantur, priuatim per utiles scholas. Ad hæc
 nihil despicit, nihil non excogitat ingeniosa ca-
 ritas, quo hæreticas artes eluderet, rudimenta
 Grammatices, quæ P. Annibal Codrettus con-
 posuerat, germanicè conuersa euulganda cur-
 uit, aliquot ad calcem sententiis ex Catechismo
 subiunctis. Epistolas quoque & Euangelia sacri-
 diebus inter Missam recitari solita, quia non in-
 uenit

*Ingolstadij
 bis in die con-
 gionatur.*

*Variique ge-
 neris libros
 recognoscit,
 editque.*